



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd in primis prædicandum sit qualiter credere debeant. lix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC DE

*Quod in primis prædicandum sit, qualiter cre-
dere debeant.* Cap. LX.

*Ex cōcil.
Rotoma.
cap. 1.* **N** primis prædicandum est omnibus generaliter, credant patrem, & filium, & spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & unam deitatem, & substatiā, & maiestatē in tribus personis patris, & filij, & spiritus sancti.

De eadem re. Cap. LX.

*Ex eodē,
cap. 2.* **T**EM prædicandum est, quomodo filius Dei incarnatus est de spiritu sancto, & Maria virgine, pro salute generis humani passus, se pultus, tertia die resurrexit, cœlum ascendit, in fine mundi veniēs iudicare omnes homines secundum opera propria: quomodo impii cum diabolo in ignem aeternum mittentur, iusti cum Christo in vita aeterna erunt.

De eadem re. Cap. LXI.

*Ex eodē,
cap. 3.* **T**em prædicandum est, quod omnes homines in propria carne resurgent.

*Vt omnis presbyter parochianis suis symbolum, & oratio-
nem dominicā insinuet.* Cap. LXII.

*Ex cōcil.
Remensi,
cap. 8.* **V**ut omnis presbyter omnibus parochianis suis Symbolum & Orationem dominicam, aut ipse insinuat, aut aliis insinuandum iniungat, & quum ad confessionem tempore Quadragesimali veniunt, haec ab unoquoque memoriter sibi decantari faciat, nec ante sanctam communionem alicui tradat, nisi haec ex corde pronunciarit. Siquidem sine horum scientia nullus saluus efficerit. In uno enim fides & credulitas Christiana continetur: in alio quid orare & petere a Deo debeamus, exprimitur. Quod sine fide nemo possit esse saluus, dominus ostendit, quum dicit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Nullus autem credere potest quod nescit, ne audiuit. Ait enim Paulus: Quomodo credent ei, que non audierunt? Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enunciatur, ut idem Apostolus testis est: Corde enim inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad futurum. Nullus autem de stoliditate sensus, vel tenuitate ingenij causetur: quia haec tam parua sunt, ut nemo tam he-